Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Morbio 22 (11)

Venerabili in xpo patri .. dei gratia Episcopo Placentin. vel eius vicario in spiritualibus Jordanus miseratione divina
Episcopus Albanen. Salutem et sinceram in domino caritatem. Ex parte Jacobi de Ricardis laici Cremonen. dioc. nobis oblata pe-
titio continebat quod ipse olim zelo devotionis accensus vovit absque alicuius termini prefixione limina beati Jacobi in Com-
postella mendicando personaliter peregre visitare. Cum autem propter certas et rationabiles causas votum huiusmodi
commode exequi non possit sicut vellet supplicari fecit humiliter sibi super hijs per sedem apostolicam de oportuno remedio
misericorditer provideri. Nos igitur auctoritate domini pape cuius penitentiarie curam gerimus et de eius speciali mandato super hoc vive vocis ora-
culo nobis facto Circumspectioni vestre cum eius ordinarius ad presens agat in remotis et in certa sua vicarium non
ha[illegible] committimus quatenus si est ita votum sibi pro compensatione laboris personalis quem in eundi et redeundi
itinere [illegible] habebit pro voto adimplendo predicto competenti penitentia salutari iniuncta ipsum commutetis eidem in alia opera
pietatis [illegible] secundum deum ac ipsius saluti videritis expedire. Ita tamen quod tantum quantum fuisset in dicto eundi
et [illegible] pro ipsius voti executione expensurus ac oblationes quas ad ecclesiam dicti sancti obtulisset si illuc
personaliter [illegible]cessisset ad ecclesiam ipsam pro ipsius fabrica seu reparationibus eiusdem comode poterit fideliter trans-
mittere [illegible] effectu. Dat. Rome apud Sanctosapostolos iiij Non. Marcij Pontificatus domini Martini V Anno duodecimo. 1429 c.

[illegible] pro [illegible]

[illegible] de Asche[illegible]

1429 2/III

1429

Concessio in favore
Jacobi de Ricardis

N.o 37.

Morbio 22 (11)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1856344886-13